



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1847**

IV. Papst Johann XII. genehmigt nach Besiegung und Bekehrung der Wenden die Verwandlung der Klöster zu Magdeburg und Merseburg in Bisthümer und die Unterordnung der in den Wendenlanden zu ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54048)

Data Kal. Octobris Anno incarnationis domini nostri Jhesu Christi DCCCXLVIII. indictione VI anno vero regni domini Ottonis, invictissimi regis, XIII<sup>mo</sup>. Actum Magadaburg, in dei nomine feliciter. Amen.

Nach dem Original. Neuere Handschrift: Privilegium Magni et Primi Ottonis de Brandenburg,

**III.** Kaiser Otto I. schenkt dem Stifte des h. Moritz in Magdeburg den Honigzchenten aus mehreren Gauen mit Ausnahme dessen, was den Heiligen in Brandenburg bereits verliehen worden, am 28. Juli 965.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Otto, divina favente clementia Imperator Augustus. Si sanctis ac venerabilibus locis beneficia nostrae clementiae largimus, procul dubio praesentis vitae et aeternae sublementum adipisci non dubitamus. Ideo omnium sanctae ecclesiae fidelium nostrorumque praesentium scilicet ac futurorum noverit industria, qualiter nos pro amore dei animaeque nostrae remedio nostrorumque parentum ad ecclesiam sancti Mauritii in Magadaburg et coenobio fratrum in eodem loco deo sanctoque Mauritio devote famulantibus, donavimus omnem censum mellis nostrae Imperiali auctoritate pertinentem, in pago neletici in comitatu Bilingi comitis et in pagis, qui dicuntur siusilli et plonim totam decimam mellis seu ad nostram manum illam habuissimus sive alicui in beneficium concessum fuisset, similiter in pagis ita nuncupatis nicciti et spreuuae ex utraque fluminis parte, qui dicitur Spreuua, nec non et in lusici atque mrocini, et ex utraque parte fluminis, quod dicitur milda omnem decimam mellis nostrae Imperiali auctoritate pertinentem, seu ad nostram manum illam habuissimus sive alicui in beneficium concessum fuisset, excepto quam nos pro remedio animae nostrae Sanctis, qui sunt in Brandenburg, concessimus. Insuper etiam de urbibus ita nuncupatis Bridowi, mocornic, Cirtuua, burg, Grabouua, Tuchen, Bucounici totam decimam seu ad nostram illam habuissimus, sive alicui in beneficium concessum fuisset, mellis ex nostro jure et dominio in jus sanctae Ecclesiae almi martiris Christi Mauritii atque ad utilitatem fratrum ibidem Deo sanctoque Mauritio famulantium, donavimus ut habeant, teneant, firmiterque possideant, et suis ut liberit usibus adjungant. Et ut haec nostrae auctoritatis donatio omni tempore firma stabilisque permaneat, iussimus inde hoc praesens praeceptum conferri, annullique nostri impressione sigillari manu propria subtus firmavimus. Data V. Kal. Aug. An. Dom. incarn. DCCCCLX. V. Indict. VIII, anno regni Otton. XXX, Imperii autem IIII. Actum Waluhufon, in domino feliciter, Amen.

Nach Lünig's Reichs-Archiv Bd. 10 S. 347. Vgl. andere Abdrücke in den Orig. Guelfic. IV, 557 u. Leuber 1604.

**IV.** Papst Johann XII. genehmigt nach Besiegung und Bekehrung der Wenden die Verwandlung der Klöster zu Magdeburg und Merseburg in Bisthümer und die Unterordnung der in den Wendenlanden zu errichtenden Bisthümer unter die Aufsicht des erstern, im März 962.

Johannes episcopus, servus servorum dei, reverentissimis (sic) confratribus archiepiscopis episcopis, abbatibus, monachis, primatibus, cuncto clero et populo in saxoniam, galliam, germaniam, bauariam

constitutis. Quociens ad prouectum nouae cristianitatis concessiois firmitatisque priuilegium a sancta romana aecelesia, cui deo auctore deferuimus, exposcitur, totiens omni diligentia omnique amore in-  
 pertiri opere precium duximus, ne quod erga pia desideria propentius inpendi conuenit callidi hostis  
 inuidia ob desidiā indefinenter subripiat. Totis ergo uiribus carissīmi confratres certandum est, ut  
 cristianitatem, quam deus omnipotens per seruos suos coelesti tropheo cotidie extendit et prouehit,  
 nostro quoque per eum adiutorio in eodem solidetur et maneat. Ne uero dei operante clementia  
 carissimus et cristianissimus filius noster rex otto deuictis barbaris gentibus, auaribus scilicet  
 ceterisque quampluribus, ut ad defensionem sanctae dei aecelesiae triumphalem uictoriae in imperii cul-  
 men per nos a beato petro apostolorum principe fusciperet coronam, summam et uniuersalem, cui deo  
 auctore praesidemus, adiit sedem, Quem paternō affectu fuscipientes ad defensionem sanctae dei aece-  
 lesiae in imperatorem cum beati petri apostoli benedictione unximus: Cumque in aecelesia beati petri  
 apostoli de statu et regimine totius cristianitatis tractantes, quae utilia sunt, utiliter secundum deum  
 tractarentur, praefatus piissimus imperator Otto, qualiter scilicet, quos ipse deuicit, in catholica  
 fide nouiter fundauerat, nostrae paternitati innotuit, deprecans et obnixē postulans, ne oues, quas ipse  
 cristo adquisiuerat, ob pastoris defectionem, antiqui serpentis uersutia dampnarentur. Ad hanc itaque  
 petitionem assentum fratres carissīmi merito praebuimus. Totis ergo medullis cordis, prout dignum est,  
 ut nouella plantatio super uerticem montis in petra, quae cristus est, fundetur intendamus. Dabit uires,  
 qui neminem uult perire. Cuius annuente clementia uolumus et per hanc priuilegii paginam iubemus,  
 ut magdaburgense monasterium, in regno saxonum iuxta albiam constructum, quod prae-  
 libatus sanctissimus imperator ob nouam cristianitatem construxit, quia uicinius id locorum gentibus est,  
 in episcopalem transferatur sedem, quae per subditos suffraganeos totam dei gregem regere et guber-  
 nare ualeat. Uolumus et per hanc priuilegii paginam iubemus, ut merseburgense monasterium,  
 quod ipse piissimus imperator, quando ungnos prostrauit, futurum dei deuouit, in episcopalem debeatur  
 sedem, quae Magdaburgensi sit subdita sedi. Et quia tot gentes sub uno pastore regi minime  
 possunt, uolumus et per nostrae auctoritatis priuilegium censemus, ut censum et decimationem omnium  
 gentium, quas praedictus piissimus imperator baptizauit, uel per eum suumque filium aequiuocum regem  
 successoresque eorum deo annuente baptizandae sunt, ipsi successoresque eorum potestatem habeant di-  
 stribuendi, subdendi Magdaburgensi, Merseburgensi uel cuiunque uelint futurae unicuique sedi.  
 Uolumus etiam, carissīmi confratres, et ex beati petri iussione apostoli praecipimus, ut moguntiensis,  
 treuerensis, coloniensis, falsaburgensis, hamaburgensis aecelesiae archiepiscopales Magda-  
 burgensis monasterii in archiepiscopalem et Merseburgensis in episcopalem translationis sedem, totis  
 cordis corporisque uiribus consentanei fautoresque persistant. Cum uero omnipotens deus per prae-  
 taxatum seruum suum, inuictissimum imperatorem suumque filium regem successoresque eorum uicinam  
 scilicet gentem ad cultum cristianae fidei perduxerit, per eosdem in conuenientibus locis secun-  
 dum oportunitatem episcopatus constitui et in eisdem per consensum praedictorum quinque archiprae-  
 fulum successorumque eorum ab archiepiscopo magdaburgensi episcopos consecrari uolumus suffra-  
 ganeos. Sed tamen si praefati filii nostri piissimi imperatoris sui que filii aequiuoci regis successores  
 eorum statuta frangere temptauerint aut praedictarum aecelesiarum ceterorumque praesules successores-  
 que eorum magdaburgensi archiepiscopo suisque suffraganeis successoribusque eorum adiutores con-  
 sentaneique non fuerint, anathematis mucrone feriuntur summoque retributore dampnationem sine fine  
 recipiant. Omnipotens itaque deus serenissimo imperatori Ottoni suoque nato regi equiuoco spirita-  
 libus filiis nostris longeuam tribuat uitam, quatinus in hoc seculo tranquille uiuentes in futuro immar-  
 cescibili gloria percipiant palmam. Scriptum per manum leonis, serinarii sancte sedis apostolicae, in

mensis Febr. indictione quinta. Bene valete. Datum pridie idus februarii per manum georgii, secundicerii sancte sedis apostolicae, anno deo propicio pontificatus domini johannis summi pontificis et uniuersalis duodecimi papae septimo, sed imperante domino piissimo augusto ottone, a deo coronato magno imperatore, anno primo, in mensis et indictione factum quinta.

Aus dem Liber priuilegiorum S. Mauricii in Magd. fol. 8.

Ann. Die vorstehende mehrfach, namentlich in Boyssens, Magazin I, 124 und Lünig's Reichsarchiv XVI, 2, 14, abgedruckte Urkunde, ist meistens mit so unrichtiger Bezeichnung des Datums abgedruckt, daß dies die größte Unbestimmtheit des Zeitpunkts der Gründung des Erzbisthums Magdeburg herbeiführt hat. Gewöhnlich wird die Urkunde in das Jahr 965 gesetzt (vgl. von Raumer Regesten S. 49), während sie nach dem obigen, einem durchaus unverdächtigen alten Copialbuche entnommenen Abdrucke, ohne Zweifel dem Jahre 963 angehört. Es dürfte daher ein Wiederabdruck der Urkunde nach diesem Copialbuche zweckmäßig erscheinen.

V. Papst Johann XIII. bekundet den Beschluß der Synode zu Ravenna, nach welchem zu Magdeburg ein Erzbisthum errichtet und demselben die Bischöfe der neubekehrten Wendenlande, namentlich die Bischöfe von Brandenburg und Havelberg, als Suffragane untergeben worden, im April 967.

Johannes, seruus seruorum dei, episcopus urbis romae, archiepiscopus, episcopis et cunctis fimentibus deum omnique cetui cristianorum notum esse uolumus, qualiter inspirante sancto spiritu meritisque apostolorum principis petri et uase electionis sanctissimi pauli ac milia milium martirum cristi, roma caput totius mundi et aeclesia uniuersalis, ab iniquis pene pessudata, a domno ottone augusto inperatore a deo coronato cesare magno et ter benedicto anno apostolatus nostri secundo ipsiusque prenominati nostri spiritualis filii sanctissimi inperii sexto, erepta est et in pristinum honorem omni reuerentia redacta. Ipso namque anno una nobiscum fauente et consentiente inuictissimo praedicto inperatore acta est magna sinodus rauenne, duodecima kalendas magii (sic), Conuenientibus archiepiscopis et episcopis circumquaque ex omni italia, residentibus nobis in aeclesia beati feueri confessoris cristi et ibi statutis omnibus rebus aeclesiasticis secundum statuta canonum et decreta antecessorum nostrorum, idem sanctissimus inperator ardentissimo coepit amore perquirere, quomodo nostra apostolica auctoritate a primordio nomen cristianitatis in aquilonaribus partibus dilataretur. Nos uero eius animus in dei seruicio ita mirifice detentum mirantes coniuere ei dignum duximus statuentes praesente et consentiente sancta sinodo et ipso inperatore, ut Magdaburch sita iuxta albam fluum, ubi ipse a deo benedictus inperator corpus sancti Mauricii cum multis martiribus collocauerat et mire magnitudinis aeclesiam construxerat, deinceps metropolis sit et nominetur, auctoritate beati petri apostolorum principis et ea, qua praedeceffores nostri constantinopolim statuerunt, ideo quia filius noster sepe iam nominatus otto omnium augustorum augustissimus inperator tercius post constantinum maxime romanam aeclesiam exaltauit, concessimus ut non posterior sit caeteris urbibus metropolitanis sed cum primis prima et cum antiquis antiqua inconuulsa permaneat. Suffraganeos uero eidem metropoli omnes unanimiter praedordinauimus brandeburgensem episcopum et havelbergensem, his iunctis quibuscunque inperator uoluerit in urbe Magdaburch archiepiscopus consecratur. Postea uero idem archiepiscopus et successores eius habeant potestatem per congrua loca, ubi per illorum